

1837
ARTES
VERITAS
SCIENTIA
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
E PLURIBUS UNUM
TUEBOR
SI QUAERIS PENINSULAM AMOENAM
CIRCUMSPICE

ANTHIMI

DE OBSERVATIONE CIBORUM

EPISTULA

AD

THEUDERICUM REGEM FRANCORUM.

ITERUM EDIDIT

VALENTINUS ROSE.

LIPSIAE

IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI


MDCCCLXXVII.

LIPSIAE, TYPIS B. G. TEUBNERI.

De Anthimo medico Graeco Gothorum amico olim egi in Anecdotis Berolini editis (t. II. p. 43—62). scripsit is sermone latino quidem sed ad vulgarem usum declinante de diaeta libellum ad Francorum regem Theodoricum (511—534), magni Theodorici († 526) legatus ipse idemque medicus (ante Elpidium ultimosque regis annos, de quibus Procop. Goth. I, 4 cf. Sirmond. not. ad Ennod. ed. Par. 1611 p. 39—40) fere septuagenarius (c. a. 515 i. e. inter annos 511—526). quam epistulam multis inter Francos exemplaribus exaratam atque etiam Isidoro cognitam (20, 2, 29 et 31 ex Anth. ep. 34) barbarorumque librariorum ante Carolum usu perinde corruptam, postea autem neglectam, immo a saeculo inde duodecimo paucis quibusdam doctisque viris intervisam, attamen historiarum non minus quam linguarum amatori memorabilem, insigne scilicet aevi documentum, scriptorum codicum ope numero sex (collectorum collatorumque ab a. 1855 ad a. 1867) primus edidi anno 1870. quibus in hac altera editione iam septimus accedit codex S. Galli 878 a Gustavo Scherer monstratus in catalogo a. 1875 emisso (p. 308). in quo recensendi negotio id quidem difficillimum et nunc est fuitque olim eritque in posterum quomodo inter nativam auctoris barbariem fortuitamque scriptorum et adiectam recte dignoscatur. ceterum qui unus mecum me inscio hoc saeculo noverat Anthimum vir inter paucos memoriae venerabilis Mauricius Haupt, is licet in academia Berolinensi olim disputavisset, scripti tamen nihil de eo reliquisse dicitur.

Berolini d. 16. m. Junii 1877.

V. R.



A = cod. Lond. Sloan. (Ayscough) 3107 (ch. saec. XVII ex codice nunc deperdito saeculi IX quam accuratissime exscriptus)
G = cod. S. Galli 762 (saec. IX).

B = cod. Bamberg. L. III. 8 (saec. IX in breviorem textum contractus).

---

g = cod. S. Galli 878 (saec. XI: p. 352 „Incipit epistola antimi medici viri inlustri ad titum imp. et ad teodericū regē francorū" — sicut in cod. *P* Anecd. II p. 60).
P = cod. Paris. ol. S. Victor. 608 (saec. XII).

---

l (ex *A*) = cod. Lond. Harl. 4986 (= 5294: saec. XI).
p (ex *g* et *B*) = cod. Prag. XIV. A. 12 (membr. saec. XIV/XV).

Series titulorum

sec. cod. S. Galli 762

(de reliquis v. Anecd. II, 51 et infra Adn. ad p. 18, 6).

De interpolatis in *G* (*B*) capitulis 2 72 73 aliisque additamentis vid. Anecd. II p. 51.

Incipit
epistula Anthimi viri inlustris comitis et legatarii ad gloriosissimum Theudericum regem Francorum de observatione ciborum.

Qualiter omnes cibi comedantur ut bene digerantur et sanitatem praestare debeant, nam non infirmitatem sto- 5 machi nec anxietatem humani cordis, rationem observationis vestrae pietati, secundum praecepta auctorum medicinalium, ut potui vobis exponere profuturam generaliter procuravi: quoniam prima sanitas hominum in cibis congruis constat, id est si bene adhibiti fuerint, bonam di- 10 gestionem corporis faciunt, si autem non bene fuerint cocti, gravitatem stomacho et ventri faciunt, etiam et crudos humores generant et acedias carbunculos et ructus graves faciunt. exinde etiam fumus in capite ascendit, unde scotomaticis et caligines graves fieri solent. etiam et ventris 15 corruptela ex ipsa indigerie fiet, aut certe desursum per os vomitus fit, quando stomachus cibos crudos conficere non potuerit. si autem bene praeparati fuerint cibi, digestio bona et dulcis fiet et humores boni nutriuntur. in hoc enim prima sanitas constat. ita et qui se taliter vo- 20 luerint observare, aliis medicaminibus non indigebunt.

similiter et de potu tantum oportet adhibere quantum cum cibis concordat. ceterum si plus praesumptum fuerit et maxime frigidum, stomachus ipse infrigidatus nihil praevalet. unde etiam corruptela nascitur et illa quae superius 25 diximus. unum tamen exemplum suggerimus: quomodo in

fabrica domus parietis si calcem et aquam quis tantum temperaverit quantum ratio poscit ut spissa sit ipsa mixtio, proficit in fabrica, et tenet, si autem satis aqua missa fuerit, nihil proficit, sic et in cibis vel potu ratio debet 5 agnosci. ergo et sicut supra diximus prima sanitas ex cibis bene coctis et bene digestis constat.

nam si quis dicat: homo in expeditione positus vel iter agens longum quomodo potest se taliter observare? et ego suggero: ubi focus est vel vacat quae praedicta 10 sunt fieri debent. nam si necessitas exegerit carnes vel alia crudiora manducare, non ad nimietatem sed parcius. sed quid plus, quoniam ab antiquis dictum est „omnia nimia nocent“. nam et de potu, si quis caballicando et in labore festinando amplius potum praesumpserit, commo- 15 vendo se in equo vexabitur, et in ventre peiora nascuntur quam de cibis.

sed forte dicitur mihi: quare gentes aliae crudiores carnes manducant et sanguinolentas, et sani sunt? et licet nec illi omnino sani sint, quia ipsi sibi medicinas faciunt 20 — cum male sibi senserint, ustulant se foco in stomacho et ventre et per alia loca, quomodo caballi furiosi ustulantur — tamen et inde reddo rationem. illi unum cibum manducant, sicut lupi. nam non multos, quia non habent nisi carnes et lactes et ipsud quod habuerint manducant. 25 et videntur esse sani de paucitate ciborum. nec non de potu est quando habent, est quando longo tempore non habent. et paucitas ipsa videtur ipsis sanitatem praestare. nam nos qui diversis cibis et diversis deliciis et diversis poculis nos angimus, necesse habemus nos gubernare taliter 30 ut non pro nimietate adgravemur, sed magis parcius agentes sanitatem obtineamus. si quis vero delectatus fuerit cibum qualemcunque manducare, sed in primo bene factum cibum praesumat, et de aliis rebus parcius ita ut lucretur hoc quod primum accepit et bene digerat. propterea diligenter 35 constat observare quae a nobis suggesta sunt auxilio divinae maiestatis et domini nostri Jesu Christi, a

cuius . . . . longiorem vitam et praecipuam sanitatem.

Rationem ergo diversorum ciborum quemadmodum uti debeant secundum praecepta diversorum auctorum, ut potest
1 intellectus noster habere, suggerimus. in primis panem 5
nitidum bene fermentatum et non azimum sed bene coctum comedendum et ubi locus fuerit cottidie calentem, quia tales panes melius digeruntur. nam si non bene levatus fuerit, satis gravat stomachum.

(2)3 De carnibus vero vaccinis vaporatis factis et in so- 10
dinga coctis utendum. etiam et in iuscello, ut prius exbromatas una unda mittas, et sic in nitida aqua quantum ratio poscit coquantur ut non addatur aqua, et cum cocta fuerit caro, in vaso mittis acetum acerrimum quantum
mediam buculam, et mittis capita porrorum et puleii mo- 15
dicum, apii radices vel feniculi, et coquatur in una hora, et sic addis mel quantum medietatem de aceto vel ⟨quam⟩ quis dulcedinem habere voluerit. et sic coquas lento foco agitando ipsam ollam frequenter manibus, ut bene
ius cum carne ipsa temperetur. et sic teris piperis grana 20
L, costum et spicam nardi per singula quantum medietatem solidi, et cariofili quantum pensat tremissis I. ista omnia simul trita bene in mortario fictili, addito vino modico et cum bene tribulatum fuerit, mittis in ollam et
agitas bene, ita ut antequam tollatur de foco, modicum 25
sentiat et remittat in ius virtutem suam. ubi tamen fuerit mel aut sapa vel caroenum, unum de ipsis sicut superius continetur mittatur, et in buculari non coquatur, sed in olla fictili: meliorem saporem facit.

4 vervecinae vero carnes et si frequenter utantur aptae 30
sunt, et in iuscello simplici, et in assatura ut delonge a foco coquantur. nam si proxima fuerit foco, ardet caro deforis et deintus devenit cruda et potius nocet quam iuvat. sed ut dixi delonge et diutius. quomodo vaporata
sic deveniat, et sales cum vino mixti quando assatur 35
cum pinna diffundantur.

agnellinae vero carnes aut de haedis optimae sunt, qua- 5
liter volueris, aut vaporatas aut elixas in iuscello. etiam
et assae bonae sunt.

cervinae vero carnes elixae et vaporatae accipiuntur, 6
5 sed interdum utendae. assaturae vero si de novello fuerint
cervo, bonae sunt. nam si de vetusto cervo, graviores sunt.

carnes de hinnuleis vero et de capreolis et ipsae con- 7
gruae sunt. quando novellae fuerint, meliores sunt.

aprunae vero quanto recentiores fuerint, leviores sunt, 8
10 sed elixae utendae. et assaturae si fiunt, ut longe a foco
et diutius, quomodo de vervecinis indicavimus.

de porco domestico et elixae et assatae. quanto tamen 9
recentiores sunt, tanto leviores sunt, et aptae ad dige-
stionem. praeterea de lumbis porcellinas expedit assas
15 manducare, quia aptae sunt et bene conficiuntur, ita ut
sale in aqua soluto cum pinnis quando assantur tangantur.
et si duriores quando manducantur fuerint, melius est,
sic tamen ut in sale puro intingantur. nam liquamen ex
omni parte prohibemus. lactantes vero satis apti et con- 10
20 grui elixi, vel in iuscello, et assi in furno ut non grandis
sit vapor et ne satis ustulentur sed magis ut deveniant
quasi vaporati. et inde intingendo in oximelle simplici ad
horam facto ut duae partes de melle et una pars de aceto
adhibeatur, et sic coquantur in vaso fictili, et sic intin-
25 gantur carnes ipsae quando manducantur.

de bubus vero qui teneriores sunt sic apti sunt. caro 11
ipsa sumatur elixa vel vaporata. et si delectatus fuerit
quis, assas comedere potest, ut longius a foco assentur.
tamen non bene accipiuntur.

30 carnes vero vaccinae vel bubulinae insalatae non sunt 12
congruae, nisi necessitas exegerit ut sumantur, quia pin-
guedo de ipsis carnibus de sale defluit, et deveniunt sic-
cae ipsae carnes et non bene conficiuntur.

lepores vero si novelli fuerint et ipsi sumendi in dulci 13
35 piper habente, parum cariofili et gingiber, costum et spicam
nardi vel folium.

14 De *larido* vero, unde non est qualiter exire delicias Francorum, tamen qualiter melius comedatur ad horam expono. si assatum fuerit ad horam quomodo bradones, pinguamen ipsum defluit in foco et laridum devenit siccum et qui manducaverit laeditur, nam non iuvatur. etiam et malos humores generat et indigestionem facit. sed elixatum laridum et refrigeratum si manducatur melius iuvat et ventrem constrictum temperat, et bene digeritur. sed bene debet elixari. certe si de perna, plus debet coqui. de cute vero ipsa nihil praesumatur, quia non conficitur. frixum vero laridum penitus non praesumendum, quia satis nocet. pinguamen ipsius laridi quod in cibo aliquo supermissum fuerit vel super olera ubi oleum non fuerit, non nocet. nam illa frictura penitus non expedit.

de crudo vero larido quod solent ut audio Franci comedere, miror satis quis illis ostendit talem medicinam ut non opus habeant alia medicina. qui sic crudum illud manducant, quia beneficium grande est et pro antidoto sanitatem illis praestat, beneficio ipsius quia ita omnia viscera quomodo medicamento bono et si qua vitia sunt in visceribus vel intestinis per ipsum sanantur, et si lumbrici vel tineae adnatae fuerint, expellit hoc. nam et ventrem temperat, et quod illis melius est, per istum cibum saniores aliis sunt. nam ut exemplum magnum dicatur, ut credatur quod diximus, tota vulnera quae foris aut in corpore nata fuerint vel de plaga facta, laridum crassum adpositum adsidue et purgat putredinem vulneris illius et sanat. sic enim et ad interiora viscera poterit prodesse, sicut superius diximus. ecce quale beneficium in larido crudo, et quod medici cum medicamentis vel potionibus temptant sanare vel emplastris curare, de larido crudo Franci sanant.

15 *Cervisa* bibendo et medus vel aloxinum quam maxime omnibus congruum est ex toto. quia cervisa quae bene facta fuerit rationem habet et beneficium praestat sicut tisana quam nos facimus alio genere. similiter et de medo bene facto ut mel bene habeat, multum iuvat.

Renes de porco penitus non expedit manducare, nisi latera ipsorum, quia ipsa sunt congrua et bene digeruntur. nam renes de nullo animale manducentur.

de ventre vero bovis vel vervecis auctores iubent manducare, praeter illa quae sunt spissa. sed elixa, nam non assa.

vulva porcina et ipsa optima est, sed elixa.

sumen porcinum et ipsud bonum est et frixum et elixum.

de vacca tenera venter elixus congruus est. laridum vero in fartalia missum interdum permittimus comedere.

de ficato porcino frixo penitus non expedit nec sanis nec infirmis. sani tamen si voluerint, sic manducent. incisum bene in craticula ferrea quae habet latas virgas, unguatur aut de oleo aut de uncto, et sic in subtilibus carbonibus assetur ita ut crudastrum sit, et calens ipsum manducent cum oleo et sale et coriandro minutato desuper.

De avibus vero, hoc est fasianis pastis et anseribus, quia pascuntur, pectus illorum congruum est tantum, quia carnem albam habet. ipsa magis expedit. nam posteriora ipsorum non praesumantur, quia gravant stomachum, quia non est illa sagina naturalis sed adiecta.

gallinae vel pulli pinguiores, qui non tamen saginantur, congrui sunt ita ut hiberno tempore ante biduum occidantur, nam aestivis diebus ante seram tantum. qui capriati facti melius comeduntur, maxime pectora ipsorum et ascellae, quia ista meliores humores et sanguinem bonum nutriunt. nam posteriora omnium avium sanis quidem hominibus apta sunt, et ista et omnia. nam auctores ista ⟨quaerunt⟩ quae sunt praecipua membra inter diversa genera ad viros deliciose viventes et diversa ciborum sumentes: pro ipsis exposita est ista ratio, praeterea illis qui infirmiores sunt corpore. nam inter diversa bona commixta in prandio si unus cibus non congruus et crudior fuerit, illa alia bona dissipat et non bonam digestionem permittit ventrem habere. supra scriptae vero aves

in iuscello bene coctae congruae sunt, et si vaporatae
ad horam occisae, bene tamen coctae, aptae, etiam et
assae ut delonge a foco cautius assentur.

24 de pavonibus vero si fuerint illi maxime qui sunt se-
niores, ante V aut VI dies occidantur, et caprientur bene 5
qui tales carnes habent, et in vino missi aut singulatim
in iuscello cocti sumantur, ita ut qui delectatur mel mo-
dicum et piper mittat in ipso iuscello, postea cum coctum
fuerit. minores vero pavones vel teneriores ante unam
diem aut biduum occidantur. 10

25 De agrestibus vero avibus turtures quidem qui sagi-
nantur in domo scitur ab omnibus graviores sunt, quia
miseras carnes habent et melancholicum humorem gene-
rant, nisi forte pro desiderio aliquis interdum sumat. in
campis vero qui nascuntur elleborum herbam quae latine 15
dicitur veratrum, ipsud manducant et persecuntur, sicut
auctores nostri dicunt. quod si quis adprehenderit agre-
stem turturem et de illa herba ipsum contigerit mandu-
casse et aliquis de ipso comederit, grande periculum pa-
titur, et usque proxime mortem hominem adducit ita ut 20
ignoscens aliquis putet venenum se ab aliquo accepisse,
in tantum ut et corruptela ventris nimia subsequatur, aut
certe vomitus ita ut partem faciei constringat. istud et
ego in tempore meo probavi in provincia mea. in villa
duo rustici sic ad horam captum comederunt, et ita illis 25
contigit, et unus illorum sanguinem deiusum produxit
nimium et periclitatus est usque ad mortem. remedium
ergo istius rei vinum vetus et oleum tepidum adsidue
dare illis bibendum, ut possit illud venenum contemperari.
26 nam de sturnis adserunt auctores cicutam herbam plus 30
amare et comedere quam alias herbas. unde contigit illis
comestis ad gravitatem perducere.

27 carnes vero de gruibus interdum pro desiderio <prae-
sumantur> quia et ipsae nigras carnes habent et melan-
cholicum humorem generant. 35

28 perdices bonae sunt, maxime pectora ipsarum. coctae,

nam ⟨non⟩ assae. praeterea illis congruae sunt qui fluxum ventris patiuntur vel disentericis, ut elixae bene sint in aqua pura sine ulla conditura. et si potest fieri, nec sale mittendum nec oleum, nisi unum fasciculum de coriandro, et coquantur cum ipso. pectus tantum comedatur, si potuerit sine sale, sin vero, intingatur in sale.

columbi agrestes non sunt congrui. de domesticis vero columbis pipiones ipsorum apti et boni et sanis et infirmis et cocti et assati maxime. cum assantur, de salimuria lene tangantur. de passeribus qui in parietibus nutriuntur, pullos ipsorum bene assos aut elixos praesumere ⟨bonum est⟩. ficetulae et ipsae bonae et aptae sunt. vel alia genera aucellarum quae albas carnes habent praesumantur. anates et ipsae teneriores sunt. interdum praesumatur pectus illarum. avis quae dicitur tarda bona est, sed puto hic non haberi.

Isicium vero quod de gallinis vel pullis fit, tenerius magis fiat quam durius, ut de ovo plus mittatur. nam si durius fuerit, non digeritur, sed corruptelam ventris generat. si autem tenerius fuerit, et bene conficitur et bonos humores generat.

Afrutum graece quod latine dicitur spumeum, quod de pullo fit et de albumine de ovo. sed multum albumen ovorum mittatur, ita ut quomodo spuma sic deveniat opus ipsud afruti, quod desuper iuscello facto et oenogaro in gâvata componatur quomodo monticulus. et sic gavata ponitur in carbones et sic vapore ipsius iuscelli coquatur ipsud afrutum. et sic ponitur in medio missorio gavata ipsa et superfunditur modicum merum et mel, et sic cum cocleari vel novella tenera manducatur. tamen solemus et de pisce bono in ipso opere admiscere aut certe de pectinibus marinis, quia et ipsi optimi sunt et satis apud nos abundant. et de ipsis puris pectinibus fient sferae niveae.

De o v i s gallinarum quantum plus quis voluerit praesumat, sorbilia tamen, et sale modicum mittendum. et si ieiunus quis accipiat quanta potuerit, ad virtutem proficit

corpori melius quam alter cibus et sanis hominibus et infirmis. ita tamen fiant ut in tepida aqua mittantur, vel maxime in frigida, et sic coquantur lento foco, aut in carbonibus paulatim calefiant. illa aqua sic penetrat intus. nam si in ferventi aqua missa fuerint, albumen coagulatur 5 et mediolum illud tarde sentit et devenit intemperatum, et qui sic acceperit nocetur. nam sicut superius dixi si ita fuerint facta, bene conveniunt. et tamen semper cocus agitet cum spatula. tamen recentiora ova meliora sunt.

36 dura vero ova aut ex casu quomodo in inpensa po- 10 nuntur, mediolum tantum praesumatur. nam albumen durum factum non conficitur penitus, sed et corruptelam generat ventri, et non iuvat sed magis nocet. cavendum ergo omnino albumina ovorum dura facta: mediola ovorum etiam sorbilia facta plus congrua sunt corpori, sicut 15 auctores docent.

37 anserina vera ova sani homines comedent, tamen et ipsa plus sorbilia. nam et ipsa si dura fuerint, illud albumen graviter nocet.

38 fasianina ova bona sunt, sed meliora gallinacia. 20

Omne genus b o l i t i grave est et indigestum. mussiriones vero et tuferae meliores ab aliis bolitis sunt.

39 De p i s c i u m ratione qui in his partibus sunt, tructa et perca aptiores sunt ab aliis piscibus.

40 lucius piscis et ipse bonus. operi vero quod de ipso 25 fit spumeo albumen de ovo sic misceatur ut modice tenerum sit quam durum, et comestum non nocet.

41 de esoce vero quando recens fuerit comedatur. si de pluribus diebus fuerit, gravat stomachum. praeterea si salsi sunt, graves sunt et malos humores nutriunt. cutis 30 vero esocis ipsius quomodo frixus fuerit, penitus non manducetur, quia graviter nocet.

42 platenses vero vel soleae unum genus est. quae bonae et congruae sunt elixae in sale et oleo. quae etiam et infirmis satis conveniunt. 35

43 anguillae vero quae in glarea aspera vel in saxosis

nascuntur, meliores sunt quam illae quae in limosis locis vel lutosis nascuntur. assae ita ut capellentur partes et sic in brido assentur aptiores sunt quam elixae, ita ut in salimuria tangantur dum assantur, ut magis durior fiat caro ipsa.

trucanti illi minuti pisciunculi assi vel frixi apti sunt pro fastidio.

tecones dicuntur esse filii esocum, tamen ipsi boni sunt et sanis et infirmis elixi in sale et oleo.

de pisce cracatio caro fortior est. sani homines possunt manducare.

naupridas uero nec nominare nec sanis nec infirmis hominibus, quia malam carnem habent et melancholicam, ita et graves et malos humores et sanguinem nigrum nutriunt et causas malas generant. omne vero genus piscium comedatur recens. nam si oluerint, satis graviter possunt nocere.

Pectinis optima caro elixi facti et assati in testa sua, et opera inde fient. et congrui sunt et sanis et infirmis, sed tamen et ipsi si recentes fuerint.

ostrea vero necesse habetur pro desiderio permittere interdum quia frigida sunt et flegmatica. tamen si assata fuerint quomodo sunt clausa in testa sua, aptiora sunt. cruda vero qui comedet, vel spondulum purum manducet, quod est callosum et illo quod in gyro pendet sublato. ostrea vero si olent et quis manducaverit, altero veneno opus non habet.

De oleribus malva beta porrus congrua sunt semper et aestivo et hiberno, caules vero hiemis tempore. nam aestivis diebus melancholici sunt.

lactucae uno more sunt, praeterea si ad horam collectae manducantur. si autem fuerint biduo aut triduo, si forte, pro desiderio accipiantur.

intuba vero bona sunt et cruda et elixa et sanis et infirmis, cruda vero una die exsiccentur ad solem et sic manducentur.

napi boni sunt. elixi in sale et oleo manducentur, sive cum carnibus vel larido cocti, ita ut acetum pro sapore in coctura mittatur.

53 pastinacae bonae sunt bene elixae et comestae. etiam urinas provocant. si enim frixae comeduntur, primum in 5 calda praedurentur.

54 asparagi vero satis boni sunt et domestici et agrestes, et urinas provocant, si in calda illorum apii radice admixta vel feniculi radice, coriandri modico ad horam misso vel mentae, cum vino ipsa calda bibatur. et asparagi vero 10 non debent nimium elixari. nam perdent virtutem et saporem, nisi fortiores sint. et in sale et oleo comedantur.

55 apium vero coriandrum et anetum vel porriones in omni ciborum coctura miscentur, ita ut porri modicum praedurentur. 15

56 cucurbitae vero rariter praesumendae, quia et ipsae frigidae sunt, nisi sanis hominibus. tamen apud nos et febricitantibus iugiter sine frigore offerimus. delicatae cucurbitae elixae bene in sale et oleo comestae ad contemperandas febres faciunt. 20

57 cucumeres enim etsi hic non sunt, tamen quando fuerint, cum semine illorum quod intus est manducetur. congruum est praeterea ad renium vitia, sicut et semen de cucumere in aliquibus confectionibus pro renium vitiis iusserunt auctores mitti. 25

58 melones vero si bene maturi fuerint, et ipsorum ab intus maxime cum semine quod est mixtum, melius est quam si purum manducetur. nam si pusca, ut alii faciunt, et puleio admixto sic comedantur, sanis convenit. nam qui vitia renium habent vel vessicae, non convenit pusca, 30 quia inimicum est satis acetum crudum renibus et vessicae, et hepatico non expedit.

59 atriplices olera bona sunt et sanis et infirmis.

60 radices vero sanis vel flegmaticis aptae sunt, tamen ut V aut amplius dies collectae maturent. nam si ad horam 35 collectae fuerint, gravare solent.

alium bonum est, et flegmaticis vel qui stomachum frigidum habent. et in via longa maxime bonum est. facit etiam ad aquas diversas. qui autem vitiosos renes habent, parcius utantur.

5 cepae humorosae sunt, ascaloniae vero meliores. 62 63

De leguminibus vero tisanas quae de hordeo fiunt qui scit facere, bonae sunt et sanis et febricitantibus. fit etiam de hordeo opus bonum, quod nos graece dicimus alfita, latine vero polentam, Gothi vero barbarice fenea, 10 magnum remedium cum vino calido temperatum. et de ipsa re coclear plenum et sic admixtum bene bibatur paulatim, et iuvat satis stomachum defectum et pascit. facit autem et ad disentericos mirifice cum vino puro calefacto, et sic admixtum coclear unum et bene mixtum 15 ieiunus accipiat vel nocte post pullorum cantus vel quando delectatus fueri infirmus, ita ut cum hoc acceperit, alium cibum continuo non accipiat usque dum istud digerat. solemus dare de hoc ipso febricitantibus cum aqua pura tepida, non spissum sed rarum factum. convenit ergo et 20 in tempore ieiuniorum in quadragesima accipere hoc primtus cum calda, quia et confortat stomachum et pascit. 64

faba vero integra cocta bene, et in iuscello, et oleo condita vel sale, melius congrua est quam illa faba fresa, quia gravat stomachum. 65

25 cicer vero si bene coxeris ut omnino liquescat conditum oleo et sale bonum est, etiam et renibus congruum. si autem crudivum fuerit, penitus nec sanis suadeo comedere, quia facit inflationes gravissimas et indigeries malas et corruptelam ventris. 66 (68)

30 lenticula vero et ipsa bona lavata et bene elixa in aqua pura, ita ut illa prima calda fundatur, et alia calda missa cum ratione, non satis, et sic coquatur lente in carbonibus, ita ut cum cocta fuerit, acetum modicum mittatur pro sapore. et addatur ibi species illa quae dicitur 35 rus syriacus, pulvere facto quantum coclear plenum, et spargatur super lenticulam dum in foco est, et commiscea- 67

tur bene. tollatur de foco et manducetur. tamen oportet
pro sapore oleum gremiale, dum coquitur in secunda
aqua, mitti, coclear bonum plenum, et coriandrum unum
aut duo cum radicibus suis, non minutatum sed integrum,
et modicum de sale pro sapore faciendo. 5

69 fasiolum bonum est, etiam siccum ut bene coquatur.

70 oriza enim et ipsa bene cocta facit: nam si crudior
fuerit nocet. facit enim oriza et ad disentericos, ut bene
coquatur et sic comedatur. etiam et elixa in pura aqua,
ita ut quando incipit bene coqui, aqua illa excoletur, et 10
sic mittantur lactes caprini, et ponatur olla in carbones,
et coquatur lente ut unum corpus deveniat: ita ut sine
sale et oleo comedatur calida, non frigida.

71 milium vero vel panicum ipsam rationem prope habent,
quomodo et de oriza dictavimus, maxime ad disentericos. 15
et milium in calda pura primo praeduretur, et quando
incipit frangere granum, coquatur in aqua et sic lactes
caprini mittantur, et sic coquantur lente, quomodo de
oriza diximus.

74 reliqua legumina si coctiva fuerint quando necesse est 20
comedes. nam si crudiva, satis gravissime nocent. nam
faba fracta, ut superius diximus, gravat satis.

75 De *lactibus* vero, si disentericis, caprinos. qui fiunt cum
petris rotundis candentibus in foco et sic missis in lacte, sine
foco. cum bullierit, illis cotulis sublatis, de pane cocto 25
candido et bene fermentato bucellas capulatas et minutas
in ipso lacte missas in carbonibus lente coquas, in olla
tamen, nam non aeramine. et sic cum bullierit, bucellas
istas post⟨ea cum⟩ infuderint cum cocleari manducent. sic
melius expedit, quia cibus iste pascit. nam si puri lactes 30
ipsi bibiti fuerint, contra perexeunt et vix stant in corpore.

76 de lactibus vero sanis hominibus, si quis crudos lactes
vult bibere, mel habeant admixtum vel vinum aut medum.
et si non fuerit aliquid de istis poculis, sale mittatur modicum, et non coagulatur intus in hominibus. nam si 35
purum acceptum fuerit, aliquibus coagulatur intus in epate

et in stomacho et solet graviter laedere. si tamen quo-
modo mulgetur, contra calidum bibitum fuerit, sic taliter
non nocet. tamen et ipsum, si admixtum fuerit mel mo-
dicum aut vinum, melius accipitur. et si cautius vult quis
5 facere, et in praesentia sua aut vacca aut capra aut ovis
mulgeatur, ita ut vas illi fictile sit et bene excaldetur,
ut quomodo mulgetur non refrigeretur sed calidum bi-
batur. praeterea et pthisicis sic expedit ita dum calet seu
vaccinum seu caprinum lac si bibatur. et statim supinum se
10 ponat ut diutius circa pulmones operetur cum melle mix-
tum et calefactum. sic melius iuvat.

similiter et de butiro recente si acceperit pthisicus. 77
sed butirum ipsum nec sale penitus non habeat. nam si
habuerit sale, peius exterminat. si puro et recenti et mel
15 modicum admixtum fuerit, sic lingat catamodicum et su-
pinum se ponat. tamen de pthisicis diximus esse aptum
quos non longo tempore obtinuerit causa. nam si vulne-
ratus fuerit pulmo et purulenta excreant, nec illis con-
gruum.

20 oxygala vero graece quod latine vocant melca <id 78
est lac> quod acetaverit, auctores dicunt sanis homini-
bus esse aptum, quia non coagulatur in ventre. tamen et
ipsud aut melle admixto aut quando fuerit oleo gremiali.

caseum, quantum dicunt, non solum infirmos sed sanos 79
25 gravat, maxime epaticos vel renium vitia habentes et qui
splenetici sunt, quia coagulatur in renibus et lapides exinde
generantur.

caseum vero recens et dulce, quod non sit salsum, 80
sanis congruum est. tamen quod omnino recens fuerit,
30 in melle intingere bonum est. caseum vero assum vel 81
elixum qui manducaverit, altero veneno opus non habet,
quia exsucata alia pinguedine lapides puri efficiuntur. sed
nec elixum, quia amissa pinguedine similiter ut sales de-
venit. nam ut credat quis, elixet caseum et tollat et di-
35 mittat illud refrigerari, et omnino quomodo lapis aut sales

sic devenit. similiter et assatum intus ingressum quid potest prodesse nisi lapides puros ingenerare.

82 simila vero et ipsa gravis, etiam sanis. pro necessitate disenteriae qui sanguinem producunt utilis fiat ita ut in lactibus caprinis coquatur in carbonibus. quomodo butirum 5 sic fiet.

83 De pomorum ratione citonia bona, et optima maxime disentericis qui longo tempore sanguinem deponunt. ita incisa in cruce elixentur bene in vaso fictili in aqua pura dulci, et sic manducentur. et aliter, assa si bene sub ci- 10 nere diutius fuerint.

84 mela bene matura in arbore quae dulcia sunt bona sunt. nam illa acida non sunt congrua. nam dulcia sanis et infirmis. et pira dulcia et bene in arbore maturata bona sunt. nam dura et acida graviter nocent. 15

85 pruna et ipsa maturata bene et dulcia, et persica duracina omnino in arbore maturata, vel cerasia aut diversa alia genera pomorum si in arbore maturata fuerint congrua sunt. si autem collecta cruda et per dies aliquos admollierint, illud ad putredinem computamus, nam non 20 ad maturitatem, quia dum manducantur putridos humores intus generant.

86 mora sive domestica sive silvatica maxime congrua sunt sanis et infirmis, et ipsa omnino matura in sua arbore vel in rubo. 25

87 ficus bonae sunt, sed et ipsae maturae omnino.

88 castaneae elixae bene aptae sunt vel assae. nam crudae non bene digeruntur.

89 avellanae gravant, si in aliqua confectione cum alia specie misceantur. 30

90 amigdalae bonae sunt. praeterea si amariores fuerint epaticis congruae sunt, sed in tepida missae. cortex ipsa purgetur et sic manducentur. item et tribulatae bene sine cute in melle optimo pthisicis congruae sunt, vel in catarro quando incipit maturare. 35

91 pistacia vero et ipsa bona et apta sunt.

dactuli et ipsi boni, sed non frequenter, quia solent 92 facere inflationem et capitis dolorem si satis comesti fuerint.

caricae bonae et aptae, praeterea ad catarrum incipien- 93 5 tem, ita ut diutius in ore masticentur. et quibus fauces exasperantur et qui raucam vocem habent, bonae sunt manducatae.

uva passa similiter ipso genere de uva dulci et alba. 94 omfacium de uva cruda fit.

Adnotanda

(*praeter commutata praesertim in declinantibus syllabis et derivantibus* o = u, e = i, us = os, us = is, is = es, o = ū, e = ē, a = ā *etc. cf. Anecd. II p. 58*).

pag.

7 *tit. ex cod. G* (*A — vid. Anecd.* II, 57. 59: theudoricum *G*, teoderico *A*, -cū *g*) — de obs. ciborum *add. codices Al*, de observationibus ciborum *perditi alii de quibus Anecd.* II, 62.

7,4—6 Qualiter — corporis *g* (*p*, Qualiter — debeant *etiam P*): *om. GAB* (*l*).

4 cibos *g*.

6 h. cordis *ego:* h. corporis *g* (humano corpori *p*).
Ratio (*inc.*) *GAB* (Rationē *P*), ratio *g. cf. p. 9. 3.*

7 pietati *ego:* -tis *codd.*

8 profuturam *ego*: -ra *codd.*

13 acedias: acedibas *G*, -vas *g*, accidebas *A* (accidivas *l*).
graves: gravissimus (*sic*) *G solus.*

14 escotomaticus et *G* (et scotomus et *B*): et stomachus vel *Ag* (scotomatici vel *P*).

16 indigerie (indieriae *G*) *GA* (indigestione *BP*), indigeries (i *superscr.*) *g*.
fiet *G* (fit *BgP*): fiat *A*.

17 os (*Pl*, ora *p*): ore *GABg*.
fit quando *GA* (*B*): aliquando *g*, fit aliquando *P*.

19 fiet *GA* (fit *BgP*).
in hoc *GA* (*B*): et hoc *gP* (ex hoc *p*).

20 enim *ego:* etiam *codd.*
ita et *ego:* ita ut (. . . indigebunt [-bit *Pl*]) *GA* (*P et* — constituta ut *sic g*, *om. B*).

23 concordat *GA* (-det *BgP*).

8,2 temperavit *G solus.*

5 agnosci *A:* cognoſ. (*sic*) *G* (cognoscere *g*, cognosci *P*).
ex *GA*: in *gP*.

pag.
8,10 exierit *G* (-igerit *g*).
12 quid *gP*: quis (qui is *A*) *GA*.
quoniam *ego:* quam *G*, quod *A, om. gP.*
14 commovendo *Gg* (*P*): sed comedendo *A* (*unde l:* quam medere ipse in equo v.).
17 dicitur *GAg* (*lp*, dicetur *P*).
alias *GAP* (alię *g*, alie *lp*).
19 sint (*p*): sunt *GAgB*.
21 furiosi (*l*): furias *GAP* (furies *gPc*).
24 lactis *GAg* (lac *Plp*).
ipsud *GA* (ipsum *gPlp*).
25 nec non *P:* nam non *GAg* (*p*, nam et *l*).
29 nos angimus *ego*: nos agimus *G* (utimur *gPp*), nos i plemus *A* (*l*).
33 lucretur (*Pp*): lucret *G,* lucet *A* (*om. l*), lucret ut *g*.
34 et *gP*: *om. GA*.
36 acuius *GA* (*l*, augens *g,* augent *p*, agens *P*). ***desunt ver quaedam*** (largitate . . . habeamus ***suppl. l***).
9,3 Ratio *GAg* (-ones *l*, -onem *p, om. P*).
ergo *GgP:* autem *A*.
4 debeant: debeantur *G* (debeamus *gP*), discantur *A*.
5 habere *GAP:* sapere *g*.
6 et *AgP*: *om. GB* (*p*).
bene coctum *GA*: *om. AgP.*
7 et — talis (-es *g*) panis (-es *g*) m. digeruntur (-rentur -ritur *Pl*) *AgP*: *om. GB.*
8 levatus (*Plp*): -tum (ū) *GABg*.
9 satis *AgP: om. GB.*
post stomachum ***sequitur locus (ex margine) interpolatus GB, de quo aliisque qui mox infra, vid. Anecd. II, 6 69. 76 (in A p. 73).***
10 De carnibus v. vaccinis *G* (De *om. P*): De carnis (-es v. vaccinas *Ag*.
vaporatis factis . . . coctis (*P*): vaporatas (-te *A*) fact . . . coctas *GAg*.
sodinga *G* (setinga *gp,* seodinga *P*), saudinga *A* (haut igne
11 expromatas *G* (expromato *g,* exbrumato *P*), exbrumatas
12 mittas *g:* mittat *GAP*.
14 in vasa (*pro* vaso) *g* (in vase *P,* in vas *p*): *om. GA.*
15 media bucula *G* (mediā buccularium *g,* medio bucular *P*), media poculum *A* (medium poculi *l*).
pulei *A*: puledium *Gg* (puleium *Pl*).
16 feniculi *gP* (*cf. c.* 54): feniculum (-ū) *GA*.

pag.

9,16 coquatur (*l*, coquantur *P*): coquat *G*, coquoquat *A*, coquant *g* (coques *p*).

17 addis *GAg* (ut *supra* mittis *v.* 14. 15 *etc.*, addas *l*, addes *p*).
mel *GAg* (*l*, mellis *Pp*).
quantum medietatem (-tē) *GA* (-te *g*). *cf. ad v.* 21.
vel quam quis *ego*: vel quis *GAg* (vel qui *l*).

18 coquas: coquat *GA*, coquant *g* (coquantur *P*).

19 ipsa olla (ulla *A*) *GAg*.
ut *gP*: et *GA*.
bene ius cum *GA*: sucū *g* (suco *P*, sucus *p*).

20 carne ipsa *Ag* (caro ipsa *P*): carnibus *G*.
teri. (*sic ad finem versus*) *G* = teris *gP*: tere *A*.
piperis (*P*): piper *GAg*.

21 costo et spica narde *G*, costu et spicana radia *A*, costū spica nardi *g*, costo spica nardi *P*.
q. medietatē s. *GA* (quantum solidi *gP*).

22 cariofili (cariofflu *A*) *GA*: cariofilū *g*, -lo *P*.
tremissis *GA* (tremeses *g*, tremissus *P*).

23 trita (tritra *G*) *GAgP*.
vino modico (-cū *g*) *GgP*: vini modico *A* (modico vino *l*).

24 olla (ulla *A*) *GAgP*.

26 in ius *GA*: intus *gP*.

27 aut: et *G solus*.
unum (vinum *A*) *GA*: *om. gP*.

28 contenit *Gg* (-tinet g^c *Pl*, -netur *p*): continuit *A*.
bucculare *G*, buculare *A* (boculare *l*, buculario *gP*, bucculario g^c *p*).
coquatur (*Pl*): coquat *GA*, coquant *g*.

30 vervecine (*P*): verb(v *A*)icinas *GA*, berbecinas *Bg*, berbicinas *g*.

31 in assatura *GA*: assas *B*, assate *gP*. *cf. ad p.* 10, 5.

32 coquantur (*gPl*): coquat *GAB*.
foco *GAB*: de foco *gP*.

34 iuvat (*l*): iubet *GAg* (-vet G^c g^c *p*).
vaporatas . . . deveniant *gP*.

35 sales . . . mixti: salis . . . mixtus (mixtas *Ag*) *GAg* (sale . . . mixto *P*, sal . . . mixto *l*).

36 diffundantur: diffundatur *G*, perfundatur *A*, (assantur . . .) infundantur *gP*.

10,1 agnelline (*l*): agnelinas (angelinas *A*) *GA*, agnellinas *Bg*.
hedis *A* (*lp*): edis *GBgP*.

3 asse bone (*P*): assas bonas (-na *A*, -ne *B*) *GAB*.

4 accipiuntur *GBg*: -antur *A* (-atur *sc. caro P*).

pag.

10,5 utende (intende *A*) *GA* (*l*): edendi *g* (*ut* edantur *p* **solus** *p. 9, 30*).
assature *A*, asutore *g*: assa *G*, asse *B* (*p*, assate *l*).
7 hinnuleis: enocleis (*sic*, *non* enodeis) *G*, elnuleis *A* — *i. e.* enuleis *GA* (mulius *g*, mulis *p*, hinnulis *Pl*).
vero (*sic*) *G*: *om.* *AgP* (*transposuerunt lp*).
et (de c.) *GA*: vel *gP*.
capreolis (*lp*): capriolis (-las *A*) *GAgP*.
8 quando *A*: quantum *GgP* (-to *p*).
9 aprunae: Apru (i G^c) nis (*ex titulo repetito*) *G*, De aprunis *Bg* (aprine *Pp*), De caprinis *A* (*l*).
quanto (*p*): quantum *GABgP* (quando *l*).
10 a foco *gP* (*p*): de foco *GAB* (*l*).
11 de verb(v *A*)icinas (-nis $G^c p$), de berbicinas *g* (*et* de *om.* berbicina *B*, vervecina *P*, vervicinas *l*).
12 quanto . . . tanto *B* (*p*): quantū . . . tantū *GAgP* (*l*).
14 porcelinas (*sc.* carnes) *G*: porcellinis *ABgP*.
assos *G* (*pro*) assas *B*: assum *A* (*l*, *om.* *P*, expedita sunt *g*, expediti sunt *p*).
15 apte *G*: apti *ABgP* (*l*).
16 sale in aqua *ABgP*: in sale et aqua *G*.
soluto *gP*: -ta *GAB*.
cum pinnas *g solus*.
17 quando manducantur fuerint *AgP* (*lp*): fuerint quando manducantur *G*.
19 lactantis *GA* (-tes *BPl*): de lactentes *g* (*et* de *om.* *p*).
20 elixi *GA*: sunt et elexe *g* (*ubi* apti et congrui . . . elexe . . . asse — *at* sunt et elixi *p*).
21 et ne *G* (nec *gP*): ne *A*.
22 oximelli *G* (-le *gP*), hoc si melle *A* (hocimellis *l*).
adora *G*, ad hora *g* (ad horam *Pl*), ad ore *A*.
23 ut duas *GA*, et duas *g* (et II. *P*, ex duabus *p*).
de melle (*gPl*): de mel *GA*.
24 adhibeatur *om.* *gP*.
coquat *G*, -tur *Ag* (coquantur *Pp*).
vaso fictili *g* (vase fictili *Plp*): vas fictile *GA*.
26 bubus: bualibus *GBg* (*ex duabus conflata lectione* bu-alibus *i. e.* bubus *et* bubalis *pro* bubulis — bubalibus g^c, bubualibus *p*), bubolis *A* (bubulis *l*).
sic apti sunt *G*: sic apti (sicapti *g*, si capti *Blp*) fuerint (*scil.* bubali! *cf. Plin. 8, 38*) *ABg*.
28 assas *GA*: et assa *gP*.
longius a foco (*lp*, longe a foco *P*): longius foco *GABg*.
29 tamen — accipiuntur *GB*: *om.* *AgP*.

pag.
10,30 bualine *GB*, boalinę *g*, bubaline *A* (*lgc p*, bovine *P*).
31 exierit *GA*, -igerit *Bg* (*l*, -egerit *Pp*).
34 leporis *GAB* (-res *l*), -rinas *g* (-rine *Pp*).
novelli *A* (*l*): -le *GBgP*.
ipsi *G* (*l*): ipse *ABgP*.
sumendi *GAB*: sumantur *gP*.
35 habente (*P*): habentem (-tē *Bg*) *GABg* (-tes *p*).
cariofili *G*: gariofilum *B*, cariofolum *Ag* (gariofili *lp*, cariofilo *P*).
et gingiber. costo *G*: et congrui *A* (et costi *l*), et costum *g*, costum *B*, *om. P*.
et spica nardi vel folio (-ū *Bg*) *GABgP*.
11,1 exire *GAg*: exigere *B* (*al. Ppl*).
2 (*et* 3) adhora *GABg*.
3 bradronis *G*, bradonis *A*, bradones *B* (*p*), pradones *g*, brado *P* (prado *l*).
4 laredus . . . siccus *G* (lardus . . . siccus *p*) *solus*.
devenit: deveniat *G* (deveniet *l*).
5 et (ut *G solus*) qui manducaverit *GB* (*l*): et quia manducavit *A*, et si manducatur *P*, et manducatur *g* (manducatusque *p*)
iuvatur *GA*: iuvat *gP* (*lp*).
etiam et *ABg*: et etiam *G*.
8—9 et bene — coqui *om. g* (*p*), *non P* (et bene — conficitur *om. B*).
10 de cute *GA*: decoctum *g*, de cocto *P*.
12 quod in cibo *GA*: quod frigitur (*scil. om.* si) in cibo (a. s. f.) *gP* (quod frigitur cibo alicui s. *p*).
13 non fuerit *GAB*: non est *gP*.
14 frictura *GAgP* (*p*): frixura *B* (*l*).
17 alia medicina (*p*): alias medicinas *GAgP* (alia medicamenta *B*).
qui (sic . . .) *GAB* (*p*): quia *gP* (*l*).
18 quia *Gg* (quod *l*): qui *AB*.
grande — beneficio *om. G solus*.
grande est et (*l*): grandem est et *A*, grandē et *B*, grande et *g*.
20 vitia: viscera (*iterum errore*) *G* (*ut ante corr. l*).
21 per ipsū sanantur *gP*: per ipso sanatur (-tus *A*) *GAB*.
22 expellit hoc *GABP*: expellet (*om.* hoc) *g*.
23 et (*ante* quod) *om. G solus*.
25 credatur quod (*Pl*): credatur quae (q; *G*) *GABg* (credantur que *p*).
aut *ego*: et *GAP*, *om. Bg*.

pag.

11,26 plaga *GAB*: ferro *gP*.

27 et purgat *GBg*: purgat (*om.* et) *A* (*l*), expurgat *P* (*p*).
putre(i *GBg*)dinem (*sic*) *GABgP* (*lp*).
vulneris *om. A et* (*ubi* ipsius) *B* (*non l*).
et (*ante* sanat) *om. G solus.*

28 poterit: poterat *G solus.*
viscera *om. g* (*non p*) et (*ubi* posteriora) *P*.

30 et quod *Bg* (nam quod *P*): ut quod *G*, quod (*om.* et) *A*.
medici cum *ego*: medici in *GAg*, medicū *B*, medici *P* (*p*).

31 curare *G*: vulnera curare *ABP*, vulneribus curare *g* (in vulneribus curare *p*).
sanant (*p*): sanantur *GABgP*.

32 et medus vel *B* (et medonem et *l*): vel medus (metus *A*) et *GAg*, vel met et *P* (vel medo vel *p*).

33 ex toto *ABg*, et tota (quidem c. *etc.*) *P*: *om. G*.
quę *g*, que *P* (*lp*): qui *G*, quia *A*.

34 rationem habet et beneficium praestat *AgP*: beneficium prestat (prestet *G*) et rationem habet *GB*.

35 tisana: te(i *corr.*)sane *G*, ette sani *A*, etthesanę *B*, et tipsanas *P* (pthipsina *l*, et tysana *p*, *ubi* et tysse norū nos f. *g*).
quam (*p*): quae (que) *GABg* (quod *P*).
alio genere *AgP*: tamen generaliter frigida est (*interpol.*) *GB* (*p*).
de medo: de metus *G*, de medis *A*, de medus *Bg*, de mezo *P* (medum *l*, de medone *p*).

12,1 Renis (-nes *B*) *GAB*: ad renes (*et deinde iterum* De porco . . . renes) *gP* (renes. Renes *p*).

3 animale *GAB*, animal (*sic*) *g* (animali *Plp*).

4 vervices *G* (berbicis *g*), verbecis *A* (*l*, vervecis *Pp*).

5 preterea illa *GA* (preter illa *Pl*, preter — spissa *om. gp*).

8 De sumen. Sumen porcino *G*, De sumen porcino *AB*, De sumen vero porcina (*sic*) *g* (Sumen vero porcinum *Pl*).
ipsud (ipsut *G*) *GA*: ipsum *BgP* (*l*).

11 fartalia *G*, fertalia *A* (farta talia *sic l*), fartalio *g* (*p*).

12 ficato *G*, fecado *A* (figato *g*, fecato *P*, fegedo *l*).

13 volunt *G* (*l*), voluit (*sic pro* voluit) *A et g* (*ubi* sanitas ınuulner& *pro* sani tam̄ si voluerit), voluerint *B* (*p*), -runt *P*.

14 craticula (*Plp*): graticula *GABg*.
unguatur *B* (ungatur *P*): ungat *GA* (unguat *l*), unguet *g*.

15 aut *om. G* (*et l ex A*, *ubi* ungata ut *pro* ungat aut).

pag.

12,15 uncto *GAB* (*l*, laredo *g*, lardo *Pp*).
in subtilibus carbonibus (*p*, subpositis carbonibus *P*): in sub(p*g*)tiles (-is *G*) carbones (-is *G*) *GAg* (*l*).

16 assetur (assentur *Al*) *AP*: asset (-ent *G*) *Gg*.
ita ut *GgP*: aut *A* (ut *l*).
crudastrum sit (*l*, pene sit crudus *P*): crudas trosint *G*, crudas tersint *A*, crudas transit *g* (*unde* cruditas transeat *p*).
calens ipsum: calentes ipso *G* (calentes ipsas *g*), calentis ipsius *A*.

18 de avibus vero hoc est *GAgP*: *om.* *B* (*ubi* Fasianus vero et pastas vel ansaris . . .)
fasianis pastis (*P*): fasianus (fassianus *Gl*, phasianus *g*) pastas *GAg*.
anseribus (*P*): ansaris *G*, anseris *A* (-res *l*), anseras *g*.

19 quia pascuntur *GAB*: qui per aquas nascuntur *g* (. . . anseris que per aquas pascitur *p*).
tantum quia *BP* (*om.* *g usque ad v.* expedit, tamen que *l*, quia *p*): tamen qui tantum (*ex dupl. lect.*) *GA*.

20 habet (*p*): habent *GABP*.
expedit: expediunt *GAP* (uti oportet *Bp*).

21 presumantur (*BPlp*): -matur *GAg*.
gravant (*BPlp*): gravat *GAg*.
quia — adiecta *GA* (*Pl*): *om.* *g* (et non . . . adiecta *Bp*).

23 galline vel pulli (*Plp*): galline vel pullus *G*, gallina vel pullus *A*, gallinas vel pullos *Bg*.

25 nam stivis (nāstivis) *G*, nam si vis *A*, nam estivis *B*: nam non estivis *g solus*.
ante sera *GAg* (ante seu *sic* *B*, ante sero *P*).
qui *ego*: quia *GABgP* (*lp*).

26 capriati: *sic* *GABg*.

27 ascelle (*Pp*): ascellas *GABg* (*l*).
quia ista *GA*: *om.* *BgP* (*deinde* meliores enim *g*).

28 sanis: bonis *G solus*.

29 et ista et omnia *BP* (et ista omnia *gp*): et omnia *GA* (*l*).

30 quaerunt (*ante* quae sunt) *addidi*.

31 ad viros (adveros *G*) *GB*: adversus *AgP*.
diversa ciborum *AgP*: diversa cibora *G*, diversos cibos *B*.

34 con(m)mixta *GABg* (*lp*): comesta *P* (*recte fort.*).
unū (*sic*) cibus *G solus*.

36 scriptae (*Plp*): scriptas (. . . cocte) *GABg*.

13,2 adora *GAg* (adhora *g*[c]).

3 delonge a foco (*B*): longe infoco *GP*, (unde) longe ad focum *B*, longe a foco *g* (*p*), delonge in foco *A* (*l*).

pag.

13,4 *sequitur hic cap. 25—26 (ante c. 24) in A (l) — vid. Anecd. II p. 77.*

maxime *GA*: maximi *gP*.

5 et *GAP*: ut *Bg* (*p*).

caprientur (*gp*): caprient *GAB* (*l*).

6 qui *ego*: quia *omnes*.

et in vino missi (?) *ego*: aut in muno misso *G*, inmuno mosso *A* (in conmuno misso *l*), in monomissa *B*, in bono misso *g* (inmono mismo *p*, bonas sic missas *P*)

7 qui delectatur *ego* (quem delectat *Pp*): cui delectat *GABg* (*l*).

8 postea cum *G*: postea (*om.* cum) *A* (postea quam *lP* postea — fuerit *om. Bgp*).

9 ante (*l*, aut *A*) una [hora *errore prius scriptum non delevit G*] die aut (vel *BgP*) biduo (-um *B*) *GA*.

11 De agrestes vero aves *g solus*.

turtures (turtoris *G*) *GAB* (*lp*): *om. gP* (*non p*).

quidem qui: quidem quia *GA* (*l*), quia quidem *g*, qui (*om.* quidem) *B*, que quidem *P*.

12 graviores sunt: *sic GAgP* (esse graviores *Bp*, quia graviores sunt *l*).

15 que latine dicitur sitri *GA* (*l*, quem latini dicuntur sitri *g*, quam latini dicunt varatrum *sic P*): *om. Bp*.

16 ipsud (ipsup *sic G*) *GA*: ipsi *g* (ipsam *l*, *om. Bp*).

17 adprehenderit *Gg* (comprehenderit *Bl*): preserit *A*, prehenderit *P*.

18 ipsum: ipsam *GB* (*l*), ipsā ipsū (*ex dupl. lect.*) *A*, ipsa die *gP* (*p*).

19 aliquis (-qui *B*): aliquid *G solus* (de ipsa aliquis *sic Al*).

de ipso: de ipsa *GABP* (*lp*, de ipse *g*).

21 ignoscens *A* (ignorans *l*): agnoscens *GgP*.

22 subsequatur: obsequatur *G solus*.

23 partem facies *GAB* (p. faciei *l*, partim faciem *p*).

istud: ita ut (*iterum*) *G solus*.

et ego *GB* (*p*): *om. A* (*l*), Ego (aut — istud et *om.*) *g* (Studens ergo *pro* Istud et ego *P*).

24 in tempore meo *B* (*lp*): in tempora mea *GA* (in tempore ea *g*, in tempore *P*).

25 duo rustici: deorustici *G solus*.

sic *GB* (*l*): *om. AP*, hic *g* (hunc *p*).

ad horam (*Pl*): adora *GA* (adira *B*), adhora *g*.

26 deiusum: deiuso *GABg* (deiosum *P*, deorsum *l*).

28 adsiduae *B*: assidue *GA*, -duę *g*.

29 dare *GB* (*p*): dari *A* (*lc*, datum *l*, da *g*, oportet dare *P*).

pag.

13,29 illud (*Plp*): illum *GAB*.
contemperari: (possit . . .) contemperare *GAB* (*lp et ubi* possint *P*).

30 nam *AP*: *om.* *GB* (sturnos vero . . . *p*). *in g absunt haec omnia a v.* ut possit *p.* 13,29 — congrui *p.* 14,7 (*item in P a v.* carnes *p.* 13,33—14,7 *et in Bp p.* 14, 2—6).
adserunt *B* (asserunt *Pl*): adserent *GA*.

32 comestis (*p*): cum istis (cūistis *G*) *GA* (*l*, quod et istis *P*), commixtis *B*.
(contigit . . .) perducere; *sic GAB* (*lp*).

33 de gruibus (*l*): de gruis (-es *A*) *GAB*.
praesumantur *addidi* (comeduntur *add. p*).

36 bone *GA* (*l*): boni *B* (*p*).
ipsarum . coctae: ipsorum coctas *GA* (ipsorum cocta *l*), eorum elixa *B* (*p*).

14,1 nam non assae *ego*: nam assas *GAB* (nam assa *l*, nam assati *p*).
congruae: congrua *GAB* (*l*, congrui *p*).

2 desentericis *GA*, disintericis *B*.
ut (*scil.* ita ut) . . . sint: *sic GA* (vel elixe bone sunt *l*), *om.* (ut elixa — *v.* 6 sale) *Bp*.

3 sale *GA* (sal *l*).

4 unum fasciculum: *sic GA* (*l*).

5 coquantur: coquat *G*, cocat *A* (coquatur *l*).

6 sin vero: siū vero *G*, si non vero *A* (si vero non *l*).
intingatur: intingat *GA* (-guat *l*).

7 columbi *A et* (columbi carnes) *B*: columbe *G* (*l*).
congrui *G* (congrua *B*): congrue *A* (*l*).

8 ipsorum: *sic GABgP* (*l*, *om. p*).

9 assantur (*l*): assant *GAgP*.
de sale moriale ne tangantur (n&angantur *G*) *GA* (de sale mixto lene tangantur *l*), de salmoria bene tangantur *P*, bene tangantur de sale moira (*sic*) *g*.

10 de passeribus *ego* (De passaris *rubr. G*): passaris *G*, passeris *A*, -res *BgP*.
nutriuntur (*P*): nutriunt (-ant *A*) *GABg*.

11 ipsorum: *sic GABgP* (*l*, *om.* — *ubi* passerum . . . pullos — *p*).
aut *A* (*l*): et *BgP*, *om.* (assos elisos) *G*.
post presumere *soli B* (*p*) (*ex coniectura*) *addunt* bonum est (bona est *B*), *om. GA* (*l*) *g et* (*ubi* presumantur) *P*.

12 ficetule (*P*, ficedule *plc*): ficitulas (fictulas *A*, *unde* fatulas *l*) *GA*, fecidolas *B*, facidolas *g*.

pag.

14,12 ipse bone et apte (*Pp*): ipsas bonas et apti (apta *A*, aptas *gl*) *GAg*, ipsa bona et apta *B*.
vel alia *GBgP* (*p*): vel inta *A* (*unde* si velint *l*).

13 aucellarum *A*: aucellorum *GBgP*.
que (*gPlp*): qui (quia ab is carnis h. *A*) *GAB*.
praesumantur (*P*): vel alias aves (avis *A*) teneras presumantur (prusumantur *G*, presumentes *B*) *GAB* (*l*), vel alias carnes genera presumantur *g*. *quae ex glossa addita omisi cum scriptore codicis P*.
anates (*P*): anetis (*cum rubr*. De anetis) *G*, anatis *AB*, *om*. *g*.

14 ipsi *GA* (ipsę *g*, *diff*. *BP*).
presumantur (prusumentur *G*) pectus illorum *G* (sumatur pectus illorum *l*), presumantur pectora ipsorum (earum *p*) *BgP* (*p*).

15 avis que dicitur tarda *GP*: avis que dicitur avetarda *A*, (ovis avetarda *l*), aves qui dicitur ave tarta *g*, avetarda aves *B* (avetarta avis *p*).
sed *om*. *G solus*.

